

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Viridarivm Sanctorvm**

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]  
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

**Rader, Matthäus**

**Avgvstae Vindelicorvm, 1607**

S. Anatasia Medicatrix Cognominata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43013**

necauit, dæmonem astantibus in canis specie visendum exhibuit, testatoque tremendo Dei nomine Dæmonem adiurauit, ut eo nunquam accederet, vbi Dei nomen esset inuocatum. Insuper & argētarii filios Hierosolyma negotiandi causā venientes, eos, inquā, à quibus in Ægypto erat diuenditus, cum ignorarēt eum Hierosolymis Archiepiscopum creatum, non modo non vltum iuit, sed amantissimè salutatos, humanissime excepit, lautissimēque traetauit. Hanc beatus vitam vixit, octoq; & triginta annis pontificatum administrauit, ita ut ad septimum & nonagesimum annum ætatis perueniret: ac demum ad beatorum sedes emigravit.

*En alterio  
Iosippum.*

## ANNOTATIONES.

IN Chronico Nicephori Græco ponitur LXI.  
Theophæs MS. sub Heræclio, año XXII. & XXIII.  
Hierosol. præfusile scribit. Euseb. l. 4. c. 9. de alio lo-  
quitur in Antonino Pio. Photiº. num. 75. de Hieros.  
Archiepiscopo agit, an de hoc nescio, nō arbitror.  
Sanè quis hic fuerit mihi nō nisi ex Menœsi liquet.

S. ANATASIA \* MEDI-  
CATRIX COGNOMI-  
NATA.

A Nastasia, imperante Diocletiano Ro-  
mæ vixit, amplissimi cuiusdam ethnici

H 2

Filia,

22. Decēb  
\* non in-  
cātrix, vt  
quidam.  
non enim  
est in Gre-  
co φαρμα-  
κιστρια,]  
sed φαρμα-  
κολύτρια.

*En cur  
φαγμανο-  
λύτραια di-  
eta.*

filia, mater Fausta ei erat, à qua ad Chrysogonum virum religiosum, & pium adducta, literis sacris est erudita. Fidei tamen in Christum à matre accepit. Nupta viro à Christi religione alieno Publio, à quo tamen abhorruit, lectique consuetudinem, morbo simulato, declinavit, nec vñquam cum illo copulari voluit; cultum adhibuit modestum ac tenuem, fæminis elegantibus familiarissimam semper se exhibuit. Clam Christi athletas in vinculis curabat, sordes abluebat, vulnera oleo fouebat, saniem expressam abstergebat, alimenta suppeditabat, vnicaque ancilla pedisequa contenta erat. Ac primum à viro cum hæc rescisset, custodiebatur. Dein marito tempestatis fluctibus in mari oppresso, secura metus, opes suas pauperibus elargita, deinceps liberius martyrum curæ inuigilauit, occisoque extulit, & honesta sepultura tumulauit, multosque ad martyrii certamen cohortata, à multis prætoribus ad cædem est quæsita, & cū aliis mulieribus in mare præcipitata, postremo palis alligata atq; in rugum coniecta martyrii lauream induit. Celebratur illius memoria in templo illius ad Dominini rostra sito.

## ANNOTATIO.

Nobi-

**N**obilissima hæc Anastasia celebratur ab omnibus. Vita eius M S. habetur cum Anastasii Biblioth. præfatione. Extant eiusdem epistolæ ad Chrysogonum in Suida & Nicephoro. vide Lipmann, & Surium, & C. Baronium.

**S. P A V L V S H O M O-**  
**L O G E T E S , A R C H I E P I S C O-**  
**P V S N E O C A E S A R E A E V N V S**  
**ex CCCXVI. Patribus.**

23. Decēb

**S**anctus hic noster pater Paulus vitutib⁹ adeo insignis & clarus fuit, vt eius rei fama Licinii Nicomediæ imperitantis aures verberaret. Atque cum illum, ij qui ad eum comprehendendū missi erant, ad Licinii tribunal adstitterent, primum minis terrere, nec quicquam sanctum aggressi, dein etiam tormentis tentarunt. Ut autem eum cedere cœperunt, omnes ob summam eius patientiam in stuporem dati sunt. Cumque ærarius, ferri \* laminam igniisset, eam in sancti viri manus imposuit, alteramq; su- \* arroptā  
 pra manum collocavit, easque constrictas colligauit, dum ferrum refrigericeret. Unde factum vt articulorum nervi contorti, sensum omnem & usum amitterent. Tum in exilium eiectum, ad Euphratis oras ergastulo incluserunt. Sed ubi Constantinus Magnus Bizantium ex urbe venit, omnes

H 3 ab